



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtvte
Et Statv Religionis**

Qvo Qvid Contineatvr, Index proximus indicabit

De Obligationibvs, Qvæ Religiosvm Constitvnt, vel ad illum disponunt

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1625

XVII. Vtrùm potestas ordinaria approbandi religionem cum plenitudine, & excellentia, in solo Summo Pontifice resideat, & quomodo ab Episcopis participetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93480](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93480)

bat monachorum incorrigibilium eiectione; iuxta Concil. Melden. cap. 19. & alia ad superius quoddam eorum regimen spectantia: vt sumitur ex cap. quere-
lysi. 18. quaest. 2. Concilii Carthag. 4. cap. 22. Et ex Concilio Antiocheno cap. 38. Ex hac ergo subordi-
natione, quae tunc erat inter religiosorum mona-
stera, & Episcopos colligi potest, multo maiorem
fuisse in approbatione vnus cuiusque monasterii,
etique vel fundacione, vel introductione cum no-
uo religionis modo, quod videtur expresse cautum
in Concilio Chalcedonensi cap. 4. & 8. Et habetur in
e. d. ff. de iur. 18. quaest. 2. & postea Concil. Agathense
cap. 17. sic statuit: *Demons. his monasterium nouum (ni-
si Episcopo permittente, aut approbante) nullus incipere, aut
fundare presumat.* Habetur in ca. de monachis. 18. quaest.
2. In quibus verbis noto verba illa: *Permittente, aut
approbante.* quibus duobus membris alia duo respon-
dere videntur, *tunc perire, aut fundare.* Approbatio e-
nim ad nouum religionis institutum in nouo mona-
stero introducendum, necessaria erat. At vero ad
restituendum monasterium antiquioris instituti per-
missio fuisse esse videtur, & vtrumque ad Episcopos
pertinuisse declaratur: & similia fere habentur ex
eodem Concilio cap. 31. in cap. e. illius. eadem dist. 18.
quaest. 2.

Episcopos nunquam approbasse religionem, sed
tantum admittere solitos fuisse ad regulam per Pon-
tificem approbatam. Ad obiectionem autem, quia
regula Basilii, vel Augustini non inuenitur appro-
bata à Papa; respondet, ex eo, quod alia regulae
leguntur à Papa approbatæ, intelligi debere, nec
Basilium, nec Augustinum, aliquem ad obseruatio-
nem suae regulae admisisse, antequam per Pontifi-
cem probata fuisset. Potestque in huius sententiae
fauorem allegari cap. *Ecel. fia. 8. de Consecrat. dist. 1.*
sed de illo textu dicam paulo post. Citatur etiam
pro eadem sententia Panor. in d. cap. vlt. de Relig.
domib. sed alia est ibi eius sententia, quam statim
explicabo.

*negat: sed
sine funda-
mento.*

Igitur illa sententia singularis est, & sine vilo fun-
damento cogitata. Nam in primis, quod Episcopi
non potuerint ante Lateranense Concilium mona-
stera in suis diocesis subordinationem erigere, nisi secundum ali-
quam regulam approbatam à Papa, non fuit vn-
quam de iure naturali, vel diuino; nec tunc erat de
hac te praecipuum, vel prohibitio à Pontificibus la-
ta. Ergo sine fundamento imponitur Episcopis illud
onus. Maior probatur, quia status religionis, quo-
ad substantialia, & quoad consilia, de iure diuino
est; & consequenter est approbatus non solum vt
bonus, sed etiam vt melior; ergo ex hac parte non
erat tunc necessarius recursus ad Pontificem. Idem
vero status quoad peculiarem modum viuendi cum
his, vel illis ceremoniis, aut regulis, vel constitu-
tionibus, non est determinatus iure diuino naturali,
vel positivo, vt per se notum est, sed humana pru-
dentia, & ratione, diuino Spiritu adiuta determina-
ri potest. Ergo vnusquisque Episcopus poterat in suo
Episcopatu hanc determinationem facere sine re-
cursu ad Pontificem; quando ipse aliud praecipie-
bat; quia nulla naturalis ratio, vel diuina lex illum
recursum, vt necessarium exigebat.

7.

Et declaratur, quia duo sunt in approbatione, vt
dixi: vnum est iudicium de probitate, & honestate
talis modi viuendi, vel talis regulae; & hoc potest
esse ita euidentis secundum rationem naturalem, &
consonam fidei, vt ex hoc capite non sit necessaria
ex natura rei, vel iure diuino alterius approbatio.
Aliud est, licentia viuendi publice, & communiter
secundum talem modum, vel regulam. Et quoad
hoc quilibet Episcopus in suo Episcopatu habet po-
testatem danditalem licentiam, quando illi prohi-
bitum per Pontificem non est. iuxta illud princi-
pium receptum communiter, Episcopum posse in
sua diocesi, quidquid illi non prohibetur; quod in
praesenti materia optime applicatur, quia pertinet
ad ordinarium regimen animarum. Et hoc aperte
sentit Innocentius in d. cap. vlt. addens particulam,
de eorum, vt supra ponderaui. Nam eandem inclu-
dit, cum subdit: *Et similiter, qui voluerit religiosam do-
mum de nouo fundare, regulam, & institutionem assumat
de approbatis.* Et in hoc sensu dixit Panorm. ibi, post
illam legem, non posse Episcopum licentiam contra
illam dare, quia prohibitio est generalis, & quia Epi-
scopus non potest dispensare in lege Concilii Gene-
ralis. Vnde indicat, ante hanc prohibitionem Epi-
scopos hoc facere potuisse.

8.

*Episcopus
potest in
sua diocesi
quidquid
illi non pro-
hibetur.*

Deinde, quod ille author ait, omnia monasteria
antiqua fuisse fundata secundum aliquam regulam
approbatam à Papa, verisimile non est. Primo,
quia regulae religionis antiquae, & ab Ecclesia rece-
ptae tres tantum sunt, Basilii, Augustini, & Bene-
dicti; vt supra tetigi ex Concilio Romano sub Inno-
centio I. cap. 26. & 27. Et habetur in cap. *permissio-
sam. 18. quaest. 2.* De nulla autem illarum potest cum
probabilitate dici, fuisse à summo Pontifice speciali-
ter, & expresse approbatam, priusquam monasteria

9.

M secundum

Euidenter huius rei probatio sumitur ex dictis
in capite praecedenti, vbi ostendimus religiones an-
tiquas, quae ipso visu approbati meruerunt, sine spe-
ciali approbatione Pontificis incepisse: quod etiam
voluit Titthem. lib. de Laudi. Carmel. cap. 5. inter-
rogans: *Diemibi detrahitur, si sine Bullas veteres ordines
approbatus? Quia Papa firmavit veteres Ordines Pachomii,
Basilii, Augustini?* Hinc ergo colligimus, approban-
tibus Episcopis introduci cepisse; quia nec verisimi-
le est, sine vilo examine, & approbatione Pasto-
rum Ecclesiae incepisse. Id enim sine magno anima-
rum periculo permitti non poterat; nec secluso Pon-
tificis summo, ab aliis; quam à propriis Episcopis
fieri poterat. Neque illis tunc erat prohibitum;
nullum enim tale ius extat, nec ex traditione, aut
historiis habetur. Et ideo Concilium Lateranense
in d. cap. vltimo dicens: *Decretis, &c. illo verbo si-
gnificat, nouum esse ius, quod condit, & futura re-
cipere, non praeterita; vt de illo textu in particulari
notauit glossa in cap. 1. §. Sane. de Relig. domib. in 6.
verb. Praes. 1.* Neque obstat, quod ibidem suppo-
nitur, iam tunc fuisse religiones approbatas, cum
praecipitur, vt, *quicunque ad Religionem conuerti volue-
rit, vnam de approbatis accipiat.* Respondetur enim,
sermonem esse de approbatione Pontificia, vel ex-
pressa, & specialia, quae aliquibus religionibus iam
concessa fuerat, vt videbimus; vel tacita, quae respec-
tu totius Ecclesiae, ipso visu tacite inducta fuerat;
quam ab expressa Episcoporum approbatione ince-
pisse credimus.

Tandem ratio à priori est, quia religionis appro-
batio est necessaria ad bonos, & perfectos Ecclesiae
mores: ergo per se loquendo, & non praeniente
nec impediante Pontifice, pertinet ad vnum quem-
que Episcopum in sua diocesi. Tum, quia in his re-
bus, quae ad ordinariam gubernationem pertinent,
vnusquisque Episcopus potest in suo Episcopatu;
quod Pontifex in vniuersa Ecclesia, nisi à Pontifice
referentur, aut excipiantur, quod ex peculiari ex-
cellentia, seu titulo illi concessum esse supponimus,
& alibi, Deo dante, dicemus. Tum etiam, quia E-
piscopus ex proprio munere, est perfectior aliorum,
recte Dionys. capite quinto de Ecclesiast. Hierarch.
Ergo ad illum spectat perfectionis viam subditis suis
ostendere, & approbare.

His vero non obstantibus, quidam modernus
auctor hanc sententiam non approbat, dicitque
Fr. Suarez. de statu relig. tom. 3.

ſecundum illas fundari ceperint. Nam regula Baſilii ante annum 328. in quo ipſe mortuus creditur, facta eſt: & tamen in Conciliis, vel decretis canonicis mentio eius non inuenitur, uſque ad VII. Synodum cap. 20. quæ pluſquam 400. annis poſt mortem Baſilii celebrata eſt; & longe poſt in d. cap. *pernicioſam*. & tamen per illos 400. annos innumera monachorum monaſteria ſub illa regula multiplicata ſunt, præſertim in Oriente. Et in dictis Conciliis non approbatur, ſed vtrique uſu ipſo; non enim poſſumus cum fundamento affirmare, Baſilium obtinuiffe à Pontifice approbationem, ſed cum eſſet Epicoſopus, authoritate ſua, illam pro ſuo monaſterio approbavit; & inde per imitationem, & acceptationem in aliis locis introducta eſt, conſentientibus Epicoſopis, quando ad eorum diœceſes perueniebatur; & tandem annuente tacite ſummo Pontifice, quando ad eius notitiam, vel uſum occidentalis Eccleſiæ peruenit.

Religiones
S. Baſilii,
S. Auguſtini, &
S. Benedi-
cti ſunt
introduc-
ta ſola Epicoſo-
pi approba-
tione.

10.

Idem de regula Auguſtini dicendum eſt: nam ſimiliter facta eſt, ante annum 440. quia tunc iam D. Auguſtinus mortuus erat; & tamen in canonibus mentio eius haud fit, uſque ad annum 330. ſub Eugenio II. & Carolo Magno in quodam Concilio Rhemenſi. can. 3. Alii dicunt in Villa Theodonis fuiſſe coactum. Eiuſdem etiam regulæ meminit Synodus Rhemenſis in d. cap. *pernicioſam*. Et in vtroque loco ſupponitur fuiſſe ita receptam, vt ſecundum illam monaſteria fierent, vel etiam reformarentur. Et ſine dubio Auguſtinus ſtatim ſub illa religioſus congregare cepit, ſua authoritate, vt ex ſermonibus de communi vita Clericorum, & aliis eius operibus conſtat; & poſtea religioſa monaſteria, vel etiam integre religiones ſub illa multiplicata ſunt: & per ſolum uſum, & tacitum Pontificis conſenſum eſt approbata. Nam licet poſtea ſpecialiter approbatus fuerit ordo fratrum S. Auguſtini, non tam eſt approbata ipſa regula, quam ſpecialis modus viuendi ſub illa; quomodo etiam Prædicatorum religio approbata eſt.

11.

Denique idem eſt de regula ſancti Benediicti. Nam licet eius mentionem faciat dictum Concilium Rhemenſe, vel Theodonenſe; & Concilium Moguntinum in principio; & canon. 11. anno 813. & Zacharias Papa in epistoſa ad Bonifacium. & Alex. 11. in cap. *Gonſaluis*. 17. quaest. 2. & Alex. 111. cap. *ſuper eo*. de Regular. Omnes ſupponunt, regulam tanquam ſanctam, & receptam, nihil de ipſius approbatione tractantes. Et quanuis multo antea Gregor. lib. 2. Dialog. cap. 12. illius mentionem fecerit, & in 36. eam laudauerit, dicens, eſſe regulam diſcretione præcipuam; & ſermonem luculentam: non tamen illam, vt Pontifex approbat, ſed laudat, vt Doctor, & Sanctus. Reſertur autem in addiitione quadam ex Turcrematam, ſuper regulam S. Benediicti. cap. 1. ſanctum Gregorium Vinæ vocis oraculo approbaſſe regulam. Itemque Zachariam poſtea illam confirmari, veruntamen eſto hoc admittatur, ſaltem ante Gregorium, nulla præceſſit ſpecialis approbatio alicuius Pontificis, quanuis per 50. annos, iam eſſent multa monaſteria ſub illa regula ædificata, in quibus etiam ipſe Gregorius, & religioſe vixerat, & vt creditur, aliqua ipſe fundauerat.

12.
Idem di-
cendum de
religione
ſancti Pa-
cormii.

Præter has regulas reſertur alia ſancti Pacormii, qui Baſilium præceſſit anno 318. & ab Angelo eam recepiſſe, hitorix reſerunt. Niceph. lib. 9. cap. 14. Socomen. lib. 9. cap. 13. & Palad. in Lauſiaca hitoria. cap. 35. alias 8. vbi & regulam totam nobis proponit; & ſecundum illam inſtituiſſe Pacormium Monasterium fere mille quadringentorum monachorum, quod alia multa peperit: in quibus ad ſeptem mille

viri religioſi Deo ſeruebant, reſerunt. Nullam autem mentionem faciunt ſpecialis approbationis talis regulæ; nec eſt veriſimile Romanum Pontificem, aut de illa reuelatione Angelica certum factum fuiſſe, aut regulam ipſam examinaſſe, & approbaſſe. De Epicoſopo vero illius territorii per ſe credibile, & veriſimillimum eſt, quia Epicoſopi ſunt Ordinarii Paſtores, ad quorum curam ſpectat de ſtatu ſuorum ſubditorum diiudicare, & pericula tollere, ac viam ſalutis, & perfectionis oſtendere. Ergo quando inſtitutio erat à Deo, non fiebat ſine hac ſubordinatione. Nam, quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt.

Præterea legimus apud Athanaſium in vita Antonii, ſub illo fuiſſe multa monachorum domicilia: quorum meminit etiam Auguſtinus lib. 8. Confeſſ. cap. 6. Vbi etiam reſert, fuiſſe Mediolani monaſterium plurium religioſorum ſub D. Ambroſio. Et Sulpitius in vita Martini. cap. 4. reſert ipſum Mediolani monaſterium ædificari; & in cap. 7. ait, aliud prope Turonenſem ciuitatem ſibi ſtatuiſſe, in quo 80. religioſos habebat, quos ad ſuum exemplum inſtrebat. Et Gregor. lib. 1. Dialog. capite 4. *Sanctum Equitium*, reſert, pro ſua magnitudine ſanctitatis, multorum monaſteriorum partem in Valeria Prouincia fuiſſe. Et ſimilia multa in hitorix ſanctorum Patrum leguntur.

Ex quibus ſic colligimus. Iſta monaſteria non videntur ſine aliqua certa regula, vt videtur per ſe notum; alias non fuiſſet in eis ordo, ſed confuſio; & conſequenter non potuiſſet in eis eſſe ſchola perfectionis; imo vix poſſet in eis votum obedientiæ committi: quia vt ordinata fiat, ſecundum aliquam regulam fieri debet, vt in ſua dicitur; ſub regula comprehendendo quælibet ſtatuta, conſtitutiones, aut certum ritum, ac modum viuendi. Sed illa monaſteria non videntur ſecundum regulam S. Benediicti; quia multa ſunt antiquiora; nec ſecundum regulam Auguſtini, quia profitebantur vitam monaſticam, quæ alia eſt ab vtraque inſtitutione Auguſtini, tam clericali, quam eremitica: nec Baſilii, quia illa non eſt obſeruata, nec cognita in Occidente per multa tempora; quando iam erant in his partibus multa ex dictis monaſteriis: & in ipſo Oriente multa monaſteria; vt Antonii, & ſimilium, fuerunt Baſilio antiquiora. Ergo non eſt veriſimile illa omnia monaſteria eandem regulam ſeruariſſe, ſed illa tantum, quæ ab vno primo monaſterio ducebant originem. Alia vero, quæ proprios fundatores, ſeu inuentores habuerunt, iuxta varias ipſorum regulas ordinari vixiſſe, credendum eſt; quia ſi vnum monaſterium non ducebat originem ab altero, vel illud imitabatur, non poterat fieri humano modo, vt veluti caſu, & præter intentionem in omnibus regulis conuenirent; ergo ſignum eſt, particularia monaſteria vſa fuiſſe ſuis regulis propriis, ſine peculiari conſultatione Pontificis, cuiusque approbatione non expectata, nec petita, quia nulla mentio tam frequentis recurrit ad Papam pro approbatione huiusmodi obtinenda reperitur; nec neceſſitatis eiufmodi ratio ſufficiens reddi poteſt, cum inſtitutio illa vniuerſalis non eſſet, nec pro tota Eccleſia fieret. Sufficebat ergo Epicoſoporum approbatio, & cut in canonizatione, vel potius beatificatione alicuius ſancti olim ſeruabatur, vt nunc ſupponimus. Eſt enim eadem, vel maior ratio in præſenti, vt capite præcedenti tactum eſt.

13.
Dico tertio. poteſtatem approbandi religionem, longe altiori, & excellentiori modo eſſe in ſummo Pontifice, quam ſit in cæteris Epicoſopis. Hoc certiffimum eſt: poteſtque oſtendi; quia generatim loquendo, omnis poteſtas gubernandi Eccleſiam eſt altiori modo in Pontifice, quam in omnibus Epicoſopis.

Episcopi, non solum diuifum, sed etiam collectiue sum-
 ptis. Vn opere de Ecclesiastica Hierarchia ex pro-
 fesso ostendendum est. Nunc distinctis probatur
 aliter constituendo aliqua discrimina inter Pon-
 tificiam, & Episcopalem approbationem. Primum
 est, quia Pontificis approbatio respicit per se totam
 Ecclesiam: Episcopi autem, solum suam diocesim.
 Hoc est persententum. Ratio prioris partis est, quia
 in Pontifice est omnis potestas Ecclesiastica in su-
 premo gradu quoad omnia: & ideo adæquate res-
 picit vniuersam Ecclesiam, quoad personas, & lo-
 ca in quocunq; actu suo, & pro vniuersiuique ca-
 pacitate. Sed vnus ex his actibus est approbare re-
 ligionem, ergo id facere pro vniuersa Ecclesia, ad
 summum Pontificem spectat. Quia verò Ponti-
 fex libere sua potestate vtitur, poterit, si velit, reli-
 gionem aliquam approbare pro suo solo proprio
 Episcopatu Romano: vel etiam pro vna prouincia
 sola, vt v. gr. pro Italia, vel Hispania, sicut beatificat
 sanctum, quem non canonizat. Quia, qui potest
 totum, potest etiam partem, licet non è contrario.
 Vnde ratio alterius partis est, quia potestas vniuer-
 salis Episcopi est limitata ad suam diocesim,
 nec potest exercere actus iurisdictionis pro alieno
 territorio; nec alienas oues pascere. Vnde nec Ar-
 chiepiscopus posset pro toto Archiepiscopatu reli-
 gionem approbare, sed solum pro sua propria dio-
 cesi; quia extra illam non habet ordinarium regi-
 men, ad quod huiusmodi approbatio pertinebat;
 quando Episcopus denegata non erat. Vnde fit, vt si
 Episcopus monasterium religiosum sub noua regu-
 la à se approbata, in sua diocesi erigat, eo ipso pos-
 sint intra eandem diocesim plura monasteria multi-
 plicari; non verò extra illam; nisi alio Episcopo ac-
 ceptante, vel denuo approbante; & sic poterit ad al-
 lias dioceses transire, & per eandem Ecclesiam,
 non per vniam approbationem, sed quasi per colle-
 ctionem plurimum. Que, nisi per expressam, vel ta-
 citam Pontificis approbationem consummentur,
 nunquam pro tota vniuersali Ecclesia sufficient.
 Tum, quia saltem in Episcopatu Romano admitti
 non poterit, sine ipsius consensu: tum maxime,
 quia nunquam habebit peculiarem proprietatem
 vniuersalis approbationis, donec specialis authori-
 tas Pontificis tercedat, vt ex sequenti puncto patebit.
 Secundum discrimen inter Pontificiam, & Epi-
 scopalem approbationem est, quia Episcopalis ap-
 probatio habet certitudinem mere humanam, ac
 subinde fallibilem: approbatio autem Pontificis ha-
 bet diuinam auctoritatem ab speciali Spiritus sancti
 assistentia, quam habere creditur, ne in tam graui ne-
 gotio erret; & ideo certitudinem habet infallibili-
 lem. Hæc differentia quoad priorem partem indu-
 bitata est, quia nulli particulari Episcopo promissa
 est specialis Spiritus sancti assistentia, quæ promissa
 est Petro, cum ei dictum est Matth. 8. *Super hanc petram
 ædificabo Ecclesiam meam, & porte inferi non præualebunt
 aduersus eam.* Et Luc. 22. *Regni pro te, vt non deficiat fides
 tua.* Et ratio est, quia hæc assistentia datur Ponti-
 fici in gratiam Ecclesie catholice, & tanquam supre-
 mæ regulæ visibili, quæ ita vniuersalem Ecclesiam
 dirigere debet, vt nec in fide, nec in moribus, quoad
 doctrinam, vel approbationem errare valeat: Epi-
 scopus autem particularis non approbat pro tota v-
 niuersali Ecclesia, vt dictum est. Nec etiam est supre-
 mæ regulæ, sed habet superiorem in terris, à quo pos-
 debetur, nec datur. Imò nec per delegationem po-
 test à Pontifice committi, quia illud speciale priui-
 legium proprium Pontificalis dignitatis delegabile
 non est, sicut nec potestas canonizandi sanctos, vel
 definiendi veritatem aliquam catholicam cum illa
 Et. Suarez. de statu relig. tom. 3.

assistentia delegabilis est, vt ex communi doctrina
 nunc suppono. Dices, hinc colligi, Episcopum non
 posse religionem approbare, quia perniciosum valde
 esset Ecclesie in huiusmodi approbatione errorem
 aliquem misceri. Respondeo, nõ esse æqualem cer-
 titudinem in rebus omnibus exigendam, & ideo
 maior requiritur ad approbandum aliquem statum,
 proponendo illum toti Ecclesie, vt perfectionis
 viam securam, & sine errore, quàm ad proponendũ
 illum particulari Ecclesie, seu diocesi; satis ergo est,
 quòd possit Episcopus bene in fide instructus, ac
 prudens, & prudentum consilio vtens morali certi-
 tudine illam approbationem facere.
 Et hinc magna ex parte probata relinquatur al-
 tera pars de infallibili summi Pontificis approbatione.
 In quo puncto non satis cautè locutus est Cano
 libro quinto de locis capite 5. indicans, posse Ponti-
 ficem errare in approbando religionem; ductus fortas-
 se, vel falsa opinione aduersus aliquam religionem
 approbatam ex sinistra informatione de illius mo-
 ribus, aut instituto, præcipitanter concepta; vel certè
 sola humana coniectura: quia religionis approbatio
 non pertinet ad doctrinam fidei; nec ad mores Ec-
 clesie vniuersalis, sed ad particularem viuendi mo-
 dum cuiusdam familie; & ideo non est inueniens,
 quòd in hac approbatione errare possit Pontifex,
 quia Spiritus sancti assistentia solum pro vniuersali
 Ecclesia illi promissa est. Sed nihilominus omnino
 sentiendum, & dicendum est, non posse errare Pon-
 tificem in approbatione religionis, quoad iudicium
 de honestate, & sufficientia talis modi viuendi, vt sit
 status perfectionis acquirenda, seu religionis; quid-
 quid sit de approbatione practica, quoad licentiam,
 & facultatem introducendi de nouo aliquam religio-
 nem, & quoad iudicium prudẽtiale, in quo talis cõ-
 cessio fundatur. Prior pars est, quam nunc intendi-
 mus, potest que generaliter suaderi, quia Põtifex ap-
 probando religionem aliquam, quasi canonizat il-
 lam vt sanctam, & honestam, & obligat omnes fide-
 les ad id credendum. Ergo sicut non potest errare in
 canonizatione alicuius sancti, vt est certum, & idem
 Cano fatetur lib. 5. c. penult. & tradunt Bellarm. lib.
 1. de Sanctorum beatitudine c. 9. Dried lib. 4. de Do-
 gmat. c. 1. & Maschard. tom. 1. de Probat. Concl. 262.
 n. 57. ita neque in cõfirmatione religionis errare po-
 test; & ideo damnatur Wicleph. in Concil. Constã-
 tien. sess. 8. eo quòd religiones approbatas ausus est
 damnare; eadem enim ratio in singulis, quæ in o-
 mnibus militat. Ideoque Concilium Lateranense
 sub Innocentio III. c. 13. dixit in vniuersum, bonam,
 & piam esse religionem auctoritate Pontificis con-
 firmatam. Facit etiam decretum Hilarii cum Con-
 cilio Romano relatum 25. q. 1. dicens: *Nulli fas sit Apo-
 stolica decreta contemnere.* Quod referens S. Thomas
 Opusc. 19. contra impugn. Relig. c. 4. columna 13.
 initio in editione Romana ait: *Cum aliqua religio per
 sedem apostolicam instituta est, manifeste sed damnabilem o-
 stendit, qui talem religionem damnare conatur.* Deniq; ratio
 est, quia Pontifex errare non potest in his, quæ ad mo-
 res pertinent cum graui detrimento vniuersalis Ec-
 clesie; talis autem esset prædictus error. Quia licet
 non tota Ecclesia obseruet modum viuendi vnus
 religionis approbate, nihilominus talis religio pro
 vniuersa Ecclesia approbatur; & omnibus fidelibus
 proponitur, vt via secura non solum ad salutem, sed
 etiam ad perfectionem; ergo error in tali approba-
 tione in vniuersalis Ecclesie perniciem, quantum in
 se est, redundaret.

Declarabitur hoc amplius distinguendo varia iu-
 dicia particularia, quæ in hac generali approbatione
 includuntur. Vnum est, talem modum viuendi ex
 omni parte honestum esse, nihilque contra bonos
 mores

non sicut
 nec in cano-
 nicatione
 sancti ali-
 cuius.

18.
 Sente. tia
 Canonum
 causa reu-
 ciant.

19.



mores includere. Et in hoc certiffimum eſt, imo de fide eſſe videretur, non poſſe Pontificem errare, approbando religionem; alioqui mala pro bonis approbaret, induceretque fideles in errorem bonis moribus contrarium. Quia quod à Pontifice in vna religione vt honeſtum approbatur, fieri poteſt à quolibet ſtudioſo fideli, etiamſi talem religionem non profiteatur, ſi aliunde ſtatui ſuo non repugnet. Et ideo, quod pro vna religione approbatur, de ſe vniuerſe Eccleſiæ proponitur, vt honeſtum, ſiue ad credendum, ſiue ad operandum: ergo & veritati Eccleſiæ, cuiusque ſanctitati repugnaret talis error. Quocirca, ſicut Auguſtinus epiſt. 118. c. 5. dixit, *De eo, quod vniuerſe Eccleſiæ ſu. ut, quin ita faciendum ſit, diſputare in ſolemniffima v. ſania eſſe.* Ita nos dicimus, de his, quæ Pontifex in aliqua religione approbat faciendâ, dubitare, an honeſta ſint; in ſolemniffimâ inſania eſſe. Non eſt enim minor authoritas Pontificis approbantis, quod ſit traditionis, ſeu cõſuetudinis vniuerſe Eccleſiæ. Et hanc partem maxime confirmant omnia ſuperius adducta.

20.

Aliud iudicium eſt, quo declaratur, talem modum viuendi ſuis votis firmatum, & Pontificia authoritate admiſſum, & confirmatum, eſſe verum religioſum ſtatum: & huic etiam iudicio non poteſt ſubefſe falſitas: tum quia, cum requiſita de iure diuino ad ſtatum religioſum ſint nota in Eccleſiâ, non ſolum certo, ſed etiam euidenter conſtare poteſt, an in illo ſtatu reperiantur: tam etiam, quia ea, quæ ex parte Eccleſiæ neceſſaria eſſe poſſunt ad talem ſtatum conſtituendum, ab ipſomet Pontifice in actu exercito (vt ſic dicam) adhibentur, & ideo ex ea parte non poteſt error committi. Tum denique, quia etiam eſſet talis error pernicioſus Eccleſiæ, & bonis moribus contrarius. Ergo Spiritus ſancti aſſiſtentia ad vitandum huiusmodi errorem deefſe non poteſt. Opportet autem aduertere, ſermonem eſſe de approbatione religionis, quoad illam rationem, præceptaque viuendi, quæ Pontifici expreſſe confirmanda proponuntur. Nam, ſi poſtea ſpecialia ſtatuta, & conſtitutiones ab ipſa religione ſiant, non habent hunc gradum certitudinis, etiamſi authoritate à Papa conceſſa facta ſint, donec in particulari ipſi innotefcant, & illa confirmet; quia, vt dixi, aſſiſtentia Spiritus ſancti non eſt delegabilis, & ideo licet illa commiſſio Papæ valorem, & authoritatem præbeat legibus ad obligandum, ſi honeſtæ ſint, non tamen præbet illam infallibilem directionem in cauendo omni errore, qui in ipſa lege conſtituenda miſceri poteſt, malum, vel inutile, pro bono, & vtili præcipiendo.

21.

Et hinc ſequitur, in tali approbatione aliud iudicium certum includi, nimirum, talem modum viuendi per ſe ſpectatum, & ex vi inſtituti eſſe vtilem ad perfectionem acquirendam: nam hoc includitur in eſſentia veri ſtatus religioſi, vt ſupra oſtenſum eſt. Item neceſſe eſt, vt in tali ſtatu ſupponantur præcepta obſeruanda, & addantur conſilia, & tollantur impedimenta perfectionis, quantum eſt ex vi ſtatus: ergo non poteſt non eſſe ſtatus perfectionis. Denique eo ipſo, quod approbatur religio, declaratur eſſe opus conſilii talem ſtatum profiteri; ergo contrarius error eſſet valde pernicioſus Eccleſiæ: ideoque etiam in hoc non deefſt Spiritus ſancti aſſiſtentia, ne talis error in Eccleſiâ introducat. Dixi autem *ex ſe, & ex vi inſtituti*; quia fieri poteſt, vt per abuſum, & prauos mores per temporis decurſum introductos, talis religio perueniat ad ſtatum, in quo ad perfectionem plura ſint impedimenta, quam auxilia, & ideo iam non ſit ad perfectionem conueniens, non tamen ex vi inſtituti approbati, ſed ex adiunctis. Nec inde ſequitur, omnes religiones approbatas eſſe æque perfectas; quia in via perfectionis poteſt magis, & minus reperiri. Et licet religio approbata ſit

vilis ad perfectionem aſſequendam, non opus eſt, vt ſit vtiliffima, vel quod ad ſummum gradum perfectionis æque adiuuet, quauis nulla illi excludat, vt experientia etiã docet: nam fere nulla eſt religio, in qua viri valde perfecti & ſancti inuenti non ſint.

Vltimum iudicium in approbatione religionis inclufum eſſe videretur, quod talis religio ſit tali tempore neceſſaria, vel conueniens Eccleſiæ Dei: nam approbatio in tali tempore, & cum talibus circumſtantis fieri debet. Et de deceptione in hoc iudicio aliqui non improbant ſententiam Cani. quod de poſſibili poſſet forte tolerari. Tamen Cano non tantum de poſſibili, ſed etiam de facto loquitur, & cum tanta exaggeratione, vt ſic ſcribat: *In hoc ſeculo tam multa ſunt religiones à ſummo Pontifici confirmata, vt, qui eas omnes tueri voluerit, tamque Eccleſiæ, vel vtilis, vel neceſſarias, hic imprudentia, ne dicam ſulſitia nomine iure optimo ſummis rationibus arguetur.* Vbi tacite, & à fortiori ipſos Pontifices ſummos, qui poſteriores religiones confirmarunt, imprudentiæ, & ſtultitiæ arguit: nam ſi ipſarum defenſores talem notam merentur, multo magis ipſi conditores, ſeu authores. At hic grauiffimus excellus eſt, ne quid maius dicam: nam eſto non habeat Pontifex ſpeciale ſpiritus ſancti aſſiſtentiam, vt in hoc etiam non erret; quod non ſolum incertum eſt, ſed etiam contrariũ eſt forte magis piũ: nihilominus ſemper pro ipſo Pontificis iudicio præſumendum eſt, vbi aliud euidenter non conſtat: tum quia de quolibet Principe, vel ſuperiore ita debent ſubditi cogitare. iuxta regulam Auguſtini lib. 22. contra Fauſtum, c. 34. 35. Et referuntur in *e. quid culpatur.* 23. q. 1. & ſumitur ex *c. ad aures de temp. ord.* & ex Nicolao Papa in epiſt. ad Nicolaum Imperatorem. Tum etiam, quia in Pontifice eſt multo maior, & ſpecialiffima ratio, quæ his verbis declaratur in c. 1. d. 40. *Quis ſanctum dubitet eſſe, quem apex ante dignitatem attollit. In quo ſi deſunt bona acquiſita per meritum, ſufficiunt, quæ à loci prædeceſſore præſtantur. Aut enim clarus ad hæc ſufficiat eligi, aut qui eriguntur, illuſtrat.* Vti que maioribus auxiliis, & illuminationibus illum adiuuando. Tum denique, quia hæc negotia non ſine magna conſultatione, & matura conſideratione expediti ſolent; & ideo cum erret, aut nimietas non poſſit euidenter oſtendi, non ſine auidacia præſumitur.

Accedit, quod ſi vnaquæque religio in ſe non habet, vnde reprobetur, non apparet, cur propter aliarum conſortium reprobanda, aut non admittenda fuiſſet. Nam ex multitudine, & varietate bonorum multorum, nullum eorum minuitur, imo tunc extenſius creſcunt bona, quæ ſunt media ad perfectionem conſequendam vtilia. Deinde ex hac religioſum multiplicatione non ſequitur illa conſuſio in Eccleſiâ, quam vitare voluit Lateranenſe Concilium, quin potius ideo ibi requiſita eſt approbatio, ne illa conſuſio ex nimia multitudine religioſorum oriretur. Vnde ipſamet approbationem reputauit Concilium fore medium ſufficiens ad illam conſuſionem vitandam, quia ſi approbatio non eſſet neceſſaria, & multiplicatio ſine villo delectu, vel diſcretionem fieret, & fideles conſunderentur, neſcientes diſtinguere pretioſum à vili, & periculis exponerentur, hæc autem per approbationem, moraliter loquendo conuincuntur. Et hoc ipſum ſenſit Concilium Lugdunenſe, reprobando ſolos ordines introductos poſt Concilium Lateranenſe, cum illa limitatione, *Qui nullam approbationem Sedis Apoſtolice meruerunt.* Eſt ergo vera, & ſolida ſecunda differentia inter Episcopalem, & Pontificiam approbationem aſſignata.

Præter has vero poſſunt alia notari, quæ ad uarietatem magis declarandam, & conſummandam deferunt. Tertia ergo ſit, quod in Pontifice eſt hæc poteſtas immediate de iure diuino, vt eſt perfectum clarum: in Epi-

24.
Tertium
diſtinctionem
Hæc poteſtas
ſua eſt in
in Epi-

in Episcopis vero, vel non est ex iure diuino, sed o-
liti ex institutione Apostolica; præsertim Petri in
ipsa distributione Episcopatum, hæc potestas com-
missa fuit Episcopis, & per sequentes Pontifices li-
mitata non est, vique ad Innocentium III. Vel cer-
te, si Episcopis ex iure diuino competeat, cum de-
pendentia à Christi Vicario data est, quæ controuer-
sa generalis est, & ideo circa illam non immotamur.

Addimus tamen quartam differentiam, quæ ad
rem maxime pertinet, quod in Pontifice est hæc po-
testas immutabilis per hominem; quia à nullo, præ-
ter Christum, pendet: & ideo nec tolli, nec diminui,
seu limitari potest: in Episcopo autem est cum de-
pendentia à summo Pontifice, à quo limitari, vel et-
iam auferri potest. Vt iam factum est in Concilio La-
teran. in dicto c. vl. de Relig. domib. vbi notat Pa-
norm. post illam prohibitionem; non posse Episco-
pum contra tenorem illius facere, quia non potest in
lege Concilii vniuersalis dispensare. quod in aliis ca-
sibus referuatis videre licet: nam per referuatio-
nem tollitur ab Episcopo potestas dispensandi; vel
absoluedi in tali casu. Sic ergo per illam legem;
hæc approbationem sibi Papa referuauit, & conse-
quenter illam inferioribus abtulit. Vnde inferunt
aliqui differentiam aliam, dicentes hæc potestatem
in solo Papa esse, & fuisse ordinariam, in aliis vero
Episcopis fuisse delegatam. Sed non est necessaria il-
latio, quia omnis iurisdicção conueniens Episcopo
et vi sui muneris, sine positua concessione, cum so-
la non prohibitione, seu referuatione, conuenit illi,
tanquam ordinaria, vt constat de dispensatione vo-
torum, & similibus. Et ratio est, quia illa dicitur iuris-
dicção ordinaria, quæ conuenit ex vi muneris, & di-
ginitatis, etiam si per referuacionem limitari possit; ta-
lis autem est hæc potestas, vt ex dictis patet: nec re-
feruatio est signum delegationis, vt per se notum est.

Quinta differentia potest addi, quod Pontifex ap-
probare potest religionem solemnizandam vota: vt est
certum ex cap. vnico. de voto in 6. & supra dictum
est; Episcopis vero non videtur posse solemnizare
vota, ac proinde nec approbare religionis statum,
nisi vt ex votis simplicibus constanter. Duplex au-
tem ratio huius posterioris partis reddi potest. Vna
est, quia potestas inhabilitandi personam ad matri-
monium subsequens, videtur excedere particula-
rem, & limitatam iurisdictionem Episcopalem.
Quod in primis colligitur ex d. cap. vnico de voto
in 6. quod requirit, religionem esse per sedem Apo-
stolicam approbatam, vt votum castitatis religiosæ
sit solenne, vt que quoad illum effectum. Ratio et-
iam reddi potest, quia irritare matrimonium est res
grauissima, & ideo ex natura rei videtur Pontifici re-
seruata: iuxta regulam c. 1. *minores*, de Baptismo di-
centis, maiores causas ad Romanum Pontificem spe-
cialiter pertinere, eo vel maxime, quod non videtur
fieri posse, vt persona sit inhabilis ad contrahendum
matrimonium in vno Episcopatu, & non in alio: E-
piscopus autem non potest inhabilitare personam
pro vniuersa Ecclesia, cum limitatam habeat iurisdic-
tionem. Ergo non potest solemnizare votum casti-
tatis quoad hunc effectum. Multo vero minus vide-
tur posse dare illi vim ad dirimendum matrimonium
tam contractum, quia hoc multo difficilius esse vi-
detur, propter præiudicium tertii, & propter natura-
lem indissolubilitatem vinculi matrimonii, & quia
talis potestas non spectat ad ordinarium regimen
animarum, & ideo non conuenit Episcopo ex vi sui
muneris, etiam si non prohibeatur; sed vtiliam ha-
beret, necesse est, vt ei specialiter delegetur. De cetero
autem votis paupertatis, & obedientie, prior ratio
cum proportione procedit. Potestque hæc ratio
confirmari; quia Episcopus non potest irritare vota

Et Suarez de statu relig. tom. 3.

antecedenter, id est, hæc vel illam conditionem vo-
to apponere, sine qua validum non sit; cum alias illa
conditio non esset ex natura rei ad valorem voti ne-
cessaria; quia huiusmodi irritatio præsertim in obli-
gatione, seu quasi contractu cum Deo ipso est res
valde ardua, & actus supremæ potestatis: ergo simi-
liter solemnizare vota, & tribuere illis potestatem ir-
ritandi, particularis Episcopi vires excedit.

Altera ratio, ob quam videtur, Episcopum non
habere potestatem solemnizandi vota, est, quia non
potest efficere, vt vinculum religionis sit absolute
perpetuum, & irreuocabile ex vtraque parte; religio-
nis, scilicet, & religiosi. Sicut non posset Episcopus
facere vinculum matrimonii rati indissolubile, nisi
ex natura sua huiusmodi esset; quia cum ille contra-
ctus voluntarius sit, non potest Episcopus ille maio-
rem obligationem addere, quam per voluntatem
contrahentium naturaliter habebat: nam illud so-
lum summo Principi conuenire potest. Sic ergo, cum
vinculum inter religionem, & religiosum, non ita
sit perpetuum, & indissolubile ex natura sua, quin
per voluntatem religionis, vel saltem vtriusque par-
tis dissolui possit, non potest Episcopus sua ordina-
ria potestate illi addere indissolubilitatem, sed ad
summum hoc tribui potest Pontifici ob supremam
potestatem. Ergo ex hac etiam parte non poterat
Episcopus solemnizare vota, cum illa conditio ad so-
lennitatem votorum, necessaria sit, vt supra vidimus.
Quod si vera est hæc pars, optime iuxta illam proba-
tur, ac verisimile sit, antiquas religiones, antequam
à Pontificibus specialiter approbarentur; non ha-
buissent vota solennia; nec irritasse matrimonia, vel
alios contractus, nec vinculum absolute perpetuum
induxisse, vt supra tetigimus, & in sequentibus ex
professo tractandum est.

Veruntamen hæc differentia ex hac posteriori parte
incerta est, licet sit probabilis. Pendet enim ex illa
quæstione, an Episcopi in suis diocesis possint in-
ducere impedimenta irritantia matrimonium, sine
Pontificis auctoritate, nisi prohibeantur. Nam, si
id possunt, consequenter etiam poterunt solemniza-
re vota, quoad vim illam moralem inhabilitandi
personam, seu, quod idem est, irritandi actus, vel
contractus voto contrarios; est enim eadem ratio, vt
per se patet. Quod autem id possint Episcopi ex vi
sui muneris, affirmat Sancius lib. 7. de matrim. disp.
1. in fin. Fundatur vero in solo illo principio, quod
Episcopus potest in suo Episcopatu quicquid Pon-
tifex potest in vniuersa Ecclesia, nisi prohibitas sit.
Vnde, quanuis fateatur cum communi Doctorum,
quos citat, Episcopus de facto non habere hæc po-
testatem, dicit, hoc inde provenire, quod Papa sibi
referuauit. Si vero istes, de tali referuatione nullo
iure canonico constare. Respondet, vniuersali consue-
tudine fuisse introductum; sicut de dispensatione
in votis referuatis dici solet. Iuxta hæc ergo doctri-
nam ruit prior ratio in contrarium inducta.

Et ad posteriorem consequenter dici poterit, et-
iam posse Episcopum instituere in sua diocesi, vt
vinculum religionis sit absolute perpetuum, & irre-
uocabile ex vtraque parte, quia quando Episcopus
approbat religionem, consequenter dat illi potesta-
tem admittendi vota, & traditionem nomine Dei:
ergo potest dare illi hæc potestatem cum tali modo,
& conditione, vt ipse etiam Prælati obligetur sub-
dito ad non reuocandum contractum; quod satis
est, vt saltem non consentiente religioso, non possit
religio vinculum illud dissoluere. Vltimus vero et-
iam facere poterit Episcopus, vt nec per mutuum
consensum possint vinculum tollere, nam sicut illa
traditio non acceptatur, nisi per specialem perso-
nam datam ad id faciendum vice Dei, ita non pote-

rit reuocari, niſi per ſimilem, ſeu proportionalem poteſtatem. Poteſt autem Epicoſus concedere poteſtatem religioni ad acceptandum, non tamen ad dimittendum; ſicut nunc facit Papa: ergo eſſet tunc vinculum perpetuum, ſicut eſt nunc. Denique etiam tunc poſſet Epicoſus, non tantum religionem non approbare, ſed etiam ita illam prohibere, vt non poſſet valide fieri; negando vtique poteſtatem acceptandi traditionem religioſam, ſine qua non ſubſiſtit religio Eccleſiaſtica, vt ſupra dictum eſt. Ergo etiam poſſet e conſeruari ita acceptare traditionem, vt vinculum eſſet ind. ſolabile, ſaltem ſecluſa diſpenſatione. Itaque hoc modo facile deſendi poteſt, poſſe Epicoſum ſolemnizare vota, & profeſſionem religioſam in ſua diœceſi, niſi ſit reſeruatū, ſicut nunc eſt. An vero ſemper fuerit, incertum eſt: & ideo etiam ex hoc capite certo ſciri non poteſt, qualis fuerit in hac parte vltus antiquus. Nunc ergo nihil in hoc abſolute deſinito, quia pendet ex illo principio de poteſtate, quam habet Epicoſus ad inducenda impedimenta irritantia matrimonium; quam in aliū propriū locum ex profeſſo tractandam diſſero.

30.

Sexta, & vltima differentia conducens ad intelligentiam iuris, eſt, ſolum Papam poſſe ſimpliciter approbare religionem; Epicoſos vero tantum ſecundum quid. Excluſiua quoad partem affirmantem, per ſe clara eſt de Pontifice, vt ex dictis conſtat. Probaturo ergo, quoad alteram partem de Epicoſis, quia eorum approbatio plures habet limitationes, ob quas merito dicitur, ſecundum quid. Prima eſt, quia non ſufficit pro tota Eccleſia, ſed pro vna tantum diœceſi. Secunda eſt, quia prout eſt approbatio iudicatiua, & declaratiua veritatis, ſeu veræ ſanctitatis, non eſt infallibilis, ſed per humanam coniecturam, vel prudentiam fit. Tertia, quia etiam prout eſt practica, & quali effectiua talis ſtatus, non eſt omnino firma, ſed à ſuperiori poteſtate reuocari poteſt. Et hinc colligere poſſumus, quoties in iure Canonico ad veritatem religionis poſtulaturo approbatio, abſolute ſic appellata, & ſine vilo addito, ſermonem eſſe de approbatione Pontificia. Exemplum optimū eſt, in illo capite vlt. de Relig. domib. vbi ſolum præcipitur, ne quis inducat religionem, præter approbatas: vel, vt qui religioſus fieri voluerit, vnam de approbatis aſſumat. Et nihilominus certum eſt, ibi requiri approbationem Pontificiam. Nam eius neceſſitas per illum textum inducta primū eſt. Et ſimiliter in c. vnic. eod. tit. in 6. prius improbanturo religiones nouæ, quæ approbationem non meruerunt; & poſtea reuocanturo, quæ confirmationem ſedis Apoſtolicæ non meruerunt. Vnde conſtat per approbationem prius abſolute dictam, confirmationem ſedis Apoſtolicæ poſtea explicari. Et ratio etiam hoc ſuadet: tum, quia, cum in iure leges ſint vniuerſales, & Pontificiæ, vel Conciliares à Pontificibus confirmatæ, non ſolent vocare approbationem ſimpliciter, niſi, quæ eadem Pontificia authoritate facta eſt: tum etiam quia approbatio non omnino certa, nec vniuerſalis, nomen approbationis ſimpliciter non meretur.

CAPVT XVIII.

Virum poteſtas iuriſdictionis ad ſtatū religioſum, vel in illo ſimpliciter neceſſaria ſit.

1.

In hoc capite non intendimus nouam aliquam conditionem ad ſtatū religioſum neceſſariam adiungere, vel inuenire, ſed tractatam in capitibus proxime præcedentibus amplius explicare: quod neceſſarium iudicauimus propter nouum modum loquendi aliquotū Theologorum, quem ſtatim expendemus. Vt autem punctum breuiter attingamus, ſupponimus, tribus modis poſſe in hoc negotio iuriſdictionem requiri. Primo ad inſtituendam ipſam religionem. Secundo ad conſtituendos ipſos religioſos in tali ſtatu. Tertio ad regimen ipſius religionis. De primo modo, ſeu vſu iuriſdictionis non dubitamus; quia reſolutio ex præcedentibus capitibus conſtat; tunc enim inſtituituro religio, cum approbatur, & confirmatur: nam licet præcedere debeat inuentio, & quali ordinatio inſtituti, in quod cadere debet approbatio: illa prior eſt, quali præparatio, & diſpoſitio materiæ, ad quā non eſt neceſſaria iuriſdictione; quia per illam actionem, nec lex dicituro, nec lex ferturo, vel aliqua actio ſuperioris exercetur. Solum ergo ad tam excellens opus in primis neceſſaria eſt diuina vocatio, inſpiratio, & illuminatio; & deinde experientia, prudentia, & non modica ſapientia; & ante omnia maxima vitæ ſanctitas. At vero approbatio eſt veluti forma inductio, ac ſubinde eſt veluti religionis, ſeu communis ſtatus cuiuſdā religioſi effectio, ſeu creatio. Et ad illum actū ſine dubio requirituro poteſtas iuriſdictionis ſpiritualis; quia illa eſt veluti quædam ſententia declaratoria, ſecum affectus executionem, dando illi inſtituto ſtatū vtq; religionis, & illius corpori, ac perſonis eius poteſtatem, vel facultates neceſſarias ad illum ſtatū inchoandum, propagandum, & conſeruandum, vt in ſuperioribus tactum eſt, vbi hac ratione diximus, poteſtatem approbandi religionem tantum eſſe in Paſtoribus Eccleſiæ, ac ſubinde ad poteſtatem Pontificiam pertinere: vnde cum non pertineat ad poteſtatem ordinis, ad poteſtatem iuriſdictionis pertinere, neceſſarium eſt. Denique inde ſit, vt hæc poteſtas, vt eſt in Epicoſis, à ſummo Pontifice pendeat, ideoq; ab ipſo per reſeruationem actus eius, auferri poſſit.

In ſecundo puncto etiam ſupponimus, iuriſdictionem eſſe neceſſariam in acceptatōe vota, ſeu profeſſionem. Certum eſt enim profeſſionem religioſam non eſſe validam, niſi ab habente poteſtatem acceptetur. Vt ſumunt omnes Doctores ex c. ad Apoſtolicam. de Regulat. ibi, Abbatē per ſe, vel per alium profeſſionem recipiente monaſticam. Et infra: id oque obligatur per profeſſionem emiſſam pariter, & acceptam. Idem ſumitur ex c. porrectum. eodem titulo, ibi, Ex quo à conuertendo votum emittitur, & recipitur ab Abbate. vnde colligunt ſpeciale poteſtatem eſſe neceſſariam ad acceptandum aliquem in religioſum. Dubitant vero, apud quem ſit hæc poteſtas, & quomodo ſit exercenda; quod infra ſuo loco tractabituro, nunc enim neceſſarium non eſt. Poteſtas autem illa ſpecialis eſt, & poteſtati conferendi beneficia comparatur à Pannonitano ibi, quem imitatur Sylu. Verb. Religio. 3. q. 13. & 14. Geminian. autem in c. conſtitutione. de Regul. in 6. vocat illam poteſtatem incorporandi aliquem in Religionem, ſine qua, vel ordinaria, vel delegata, ſeu commiſſaria, non poteſt aliquis verus religioſus conſtitui: at illa merito dici poteſt poteſtas iuriſdictionis late ſaltem loquēdo, quatenus omnis poteſtas gubernatiua, vel adminiſtrationis, iuriſdictionis dici poteſt; quomodo poteſtas iuriſdictionis ſpiritualis ad quate conſtituituro ad poteſtatem ordinis. In hoc ergo ſenſu recte dicituro neceſſaria iuriſdictione ad conſtituendū aliquem religioſum. Et ita infra oſtendemus, nunquā fuiſſe in Eccleſia factos religioſos, niſi admiſſos per Epicoſos, vel per aliquos ab illis, vel à ſummo Pontifice poteſtatem habentes. Nec de hoc puncto plura hoc loco dicere neceſſe eſt.

Quæſtio ergo principaliter proponitur in tertio ſenſu; an ſcilicet, in ſtatu religioſo neceſſaria ſit peculiaris iuriſdictione Prælati in ſubditos, qui veri religioſi cenſendi ſunt? In quo puncto P. Vazquez 1. 2. diſp. 165. c. 4. pro comperito habet, neminem poſſe eſſe verum religioſum, niſi conſtitutus ſit ſub alterius iuriſdictione, & poteſtate; eandem que ſententiam aſſerit Baſil.

Tribus modis
iuriſdictione
requirituro ad
ſtatū religioſum.

2.

Quæſtio ergo
eſt an in
tertio ſenſu,
ſi an ſit neceſſaria
peculiaris iuriſdictione
Baſil.

Vltimum
diſcrimen.
Papa appro-
bare poſſet
ſimpliciter,
Epicoſus
ſecundum
quid.